

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 177. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415584390608/facsimile.pdf> (tilgået 19. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

[28 b] Criminis rei habentur qui cum possunt malum
et proximi iniuriam prohibere et non prohibit

¶ Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interi-
rum liberare ne cesses. Si dixeris vires non sufficiunt, Qui scruta-
tator est omnium ipse intelligit, et seruato rem anime tue nichil
fallit, reddetque homini iuxta opera sua,

¶ Qui viderit fratrem suum necessitatem pacientem, et clauserit .1. Joannis.
viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo

Ideo diuus Augustinus refert peccatum principum crucifigenti-
um Christum in plebem tacite consentientem, et non repugnan-
tem pessimis eorum conatibus, neque fuisset ibi quicquam pot-
estati deferendum, cum illa sit in edificationem non in destructio-
nem data, v[e]lneranda quidem potestas si edificat, abhominanda
autem si destruit, Nam et diuus Hieronymus ostendit his verbis
rusticitatem nocere, Sancta quippe rusticitas, quantum ecclesiam
dei edificat vite merito tantum nocet, si destruentibus eam non
resistit Hinc Ambrosius simul et Gregorius, volunt non carere
scrupulo societatis occulto, qui manifesto sceleri desinit obuiare

[Blad 29 a ubeskrevet]

[29 b] Sequentia carmina excerpta sunt ex quodam
vetusto codice bibliothecae Sorensis, que tametsi non videantur
omnibus numeris absoluta sunt tamen (proch dolor) verissima.

Rhoma tacet simonia placet decreta silescunt,
Deposuit claves Petrus et arma tenet,
Sedis apostolice maiestas eris amore,
fallitur et leges dictat in orbe nouas,
Sat noua decreta si dantur noua dona,
Si nichil accipiet iura priora tenet,
Sedes auaricie venalis curia Rhome,
Jura potestatis vertit in arma necis,
Percutit intermit et non venalia vendit,
Ergo domus Petri non erit archa dei,
Sed iam latronum dicetur iure spelunca,
In qua mammoneas ambit aurarus opes,
Atque tot viciss obnoxia Roma teneris,
Seductrix orbis non bona mater eris,

12 VI

Prouerbiorum .24.

3.